

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Jacobi Wimpfelingij Schletstatensis Elegantie maiores**

**Wimpfeling, Jakob**

**[Heidelbergae], 1499**

De genere deliberatiuo

[urn:nbn:de:bsz:31-131221](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131221)

est eloquentiis. deinde memorie comendet. Postremum lepide et suaviter secundum diuersitatem sententiarum pronunciet: cum aliquali gestu aut motu corporis: que due sunt memorie et pronuntiationis.

¶ De laudando homine privato.

Laudare privatū hominē possumus a triplici bono: scilicet Corporis aie et fortunæ. Bona corporis sunt robur: pulchritudo: sanitas: aut valetudo vel locitas aut agilitas. Bona animi sunt prudentia iusticia fortitudo modestia et alia que in nostro consilio aut cogitatione pendent. Bona fortune aut exter na sunt: que casu aut fortuna possunt accedere: vt genus vel nobilitas educa tio multitudo amicorum: diuitie: potestas: gloria: possessiones: fauor magnatum bona ples: valida senectus: ex his potest quæpiam laudari. Ex eorum vero contrarijs vituperari: ita tamen vt ordo seruetur. Primum ergo initium quodcumque debet habere aliquam proemij speciem: neque enim abrupte et vnde est incipiendum. quia est aliquid in omni materia naturaliter primum. In senatu vtiq; et in concionibus eadem ratio que apud iudices acquirere sibi plerumque eorum apud quos dicens dum sit beniuolentie. Nec mirum cum etiam in panegyricis peratur audienti um fauor: vbi emolumentum non utilitate aliqua: sed in sola laude consistit: de inde laus fiat a patria: a parentibus: ab educatione: a preceptore: a rebus gestis a bonis artibus et ceteris: et aliquando cum comparatione.

¶ De laude communitatis capitulum quintum

Laudare possumus reipublicam aut civitatem ab his que communitati bona vel utilia sunt: puta concordiam vires ad bellum: pecunia que Licetone teste neruus est bellicopia prouentuum. bonitas politie: et moderatus ordo viuendi sociorum virtus et multitudo: que vero his contraria sunt. communitati inutilia sunt. a quibus respublica potest vituperari.

Hominem privatū si laudare voluerimus hec erunt illustranda: martime: quemadmodum quisque generatus: quemadmodum institutus moraturque fuerit. et si quid cui magnum et incredibile acciderit: maximeque si id diuinitus accidere potuerit: dixerit: gesserit: neque vero mors eorum quorum vita laudatur silentio preteriri debet. si modo quid erit animaduertendum aut in ipso genere mortis: quia pro fide: pro patria: pro iusticia mortuus est: aut in his rebus que post mortem erant consecute: quia miracula ad eius reliquias facta sunt. quia salutaria scripta post se reliquit.

¶ De fine capitulum sextum

Finis huius generis demonstratum est non solum benedicere sed etiam ad honeste viuendum alios incitare. Quia non paruas animo dat gloria vires: et sic ex aduerso vituperatur vnus. vt cereri ab huiusmodi vitij detereantur. et concionatores diuos laudat: vt eos in bonis moribus et virtutibus imitemur malos vituperant. et eorum fines narrant. ne eorum similes in vitij: in malo fine: in perpetuis tormentis efficiamur. sic artium studiosi et gradus adepti. vt alij huiusmodi ad disciplinas optimas imbendas prouocentur: solent a gymnosophistis in cathedra commendari: exemplum huius habemus in oratione Bohuslati in laudem Petri Schortini: neque hoc nouum est inuentum. neque a solis secularibus aut paganis usurpatum: sed et apud pulcos et religiosissimos patres in usu fuisse: vel solus ecclesiasticus a quadragesimo quarto per sequentia sex capita: in quibus patriarchas. prophetas: reges: duces: et sacerdotes extollit. testis est. ita et oratorius laudem viros gloriosos et parentes nostros. idem fecit Paulus apostolus ad hebreos.

¶ De genere deliberatio.



## Genere deliberatio

De liberatio consistit in suadēdo. aut dissuadēdo. Suasori aut dissuasori  
videndum est: quid aut possit fieri: aut quid non possit fieri: et quid nō ne  
cesse sit quid necesse est fieri.

In hoc genere sumendi sunt loci a iusto: a legitimo: ab utili. ab honesto. a  
iucundo. a possibili: a facili: a necessario.

Suadēti ante oīa imminet probare q̄ aliquid utile sit. quodq̄ fieri possit.

Dissuadenti satis est si alterū illoz causauerit. ostendens vel inutile vel im  
possibile esse: de quo de liberatio aut consuleatio fit.

Iustum est quod natura vel ratio dicat: aut quod cōsuetudine plurimoz  
non scripta approbatum est: vt honorare parentes. amicus bene facere: bene  
ficijs gratiam referre.

Legitimum est quod lex definit.

Lex est communis ciuitas cōsensus in scriptū redactus. que precipit quo  
modo vnumquodq̄ agendum sit.

Utile est bonozum presentium conseruatio: vel absentium comparatio.  
aut malozum instantū ppulsatio: aut futuroz incommodoz inibitio.

Honestū est ex quo splendor aut honos facienti prouenit. quod honestū  
quamuis a nullo laudetur. est ipsa natura sua laudabile. sicut esse virtuosum  
esse doctum: vnde bonorum honorabiliū noticiam opinantes. Aristoteles  
in capite libri de anima.

Iocundū est q̄d afficit gaudio: vt vincere. venerari: diligi: esse in admirati  
one: addiscere: benefacere: corrigere: p̄ in quos: esse cum suo simili vel coetaneo  
p̄ncipari: et videri sapientem esse.

Facile quod breui tempore et paruo labore impensa q̄ absoluitur.

Possibile quicquid naturaliter fieri potest.

Necessarium quod vt fiat arbitrii nostri non est. sed velut ex diuina qua  
dam aut humana necessitate fit.

Potest etiam sumi locus in hoc genere a simili ipsi iusto. a simili ipsi legi: a  
simili utili. sic est et a contrario et iusto legi et c. vt unitari res gestas parentū  
est simile iusto: scilicet obtemperare parentibus. et seductorem puniri est simi  
le legi. que precipit in furem animaduerti.

¶ De consultatione in genere.

De quibus communiter consultandū est: aut deliberandū: aut orādum.  
vel coram senatu vel corā populo. in genere sunt ea quoz nos possumus esse  
causa nō ea q̄ natura vel a fortuna fuit: neq̄ ipse finis: s; media i sine ordinata.

¶ De consultatione in specie.

Deliberandū est speciatim aut de sacrificijs: hoc est de re diuina: de cerimo  
nijs: de religione: de cultu dei. quod quidem vel gentales primū omnium esse  
putabant et precipuū apud nos vero christiana religione inicitatos hec omnia  
minui. parum curatur dummodo libidini dominandi et pompe seculari sa  
tis fiat: aut de legib; in quibus est salus ciuitatis: aut de apparatu ciuili: aut  
de societate: ac federibus cu; alijs: aut de bellis: aut de pace: aut de pecunia  
rum prouenibus. et expensis ciuitatis: de custodijs religionis: de his que in  
ferunt et educunt: contempleri vero descriptiones terrarū. leges gentiū. et antiq̄  
historiarum gesta potius est politice q̄ rhetoricę.

¶ Exemplum in genere deliberatio.

Proponatur in consultatione an sit cum Sarracenis bellandum.

Consilium Bellum est contra Sarracenos suscipiendum.

Subiiciuntur rationes a locis supradictis. Primus a iusto. quia iustū ē hostē



lentalē psequitur: p̄sertim qui sacratissima loca p̄phanat in quibus pro nob̄  
christus passus est. Secundus a lege: quia legitimū est iniurias a quib⁹ nō  
dum abstinent sarraceni: p̄pullare. Tercius ab utili. quia opes ex certis opu  
lentissimis possunt acquiri: et ad nos ad duci. Quart⁹ ab honestate. quia ho  
nestū est nos q̄q̄ pro christo p nobis mortuo certare immo etiā mori quia  
inde prouenit honor: et splendor noster. Quintus a iocundo. quia iucundū  
delectabile est amicos et vicinos nostros eiusdē religionis et patrie et eripere et  
liberare Sextus a possibili: quia maiores nostri minori exercitu q̄ hodie chri  
stiana religio habeat deuicerunt. Septimo a necessario: quia alioqui si nō ad  
nos ipsos saltem ad nostros successores liberos aut nepotes in his tandem  
terris penetrabunt. Sarraceni. et christiani sanguinem effundēt. tanta est in  
eis dominandi libido: tanta immunitas. tanta armorū a sūfactio. His loc⁹  
in hoc negotio vsu sunt in conuentib⁹ imperij romani apud germanos Ene  
as Siluius. Ioannus Lāpanus: et Franciscus Philelphus ad regē galloꝝ

## De genere iudiciali.

Judicialē consistit in accusatione et defensione coram iudice

Accusatio est iniuriarum vel delictorū exposito.

Defensio est iniuriarum vel delictorū dissolutio

Accusans aduersarius de crimine. pponat factū eius esse iniustū et iniquū.  
aut cuius multitudinē vel reip̄. perniciosū.

Accusans de stulticia ostēdat ea que aduersarius agit esse sibi ipsi inutelia  
turpia et iniucunda. et que fieri non debeant.

Accusans de crimine si lex penam desinit: satis est si demonstrat crimen de  
missum esse. Nam accusantis nihil est nisi ostendere rem quia est aut q̄a nō  
est: aut facta est: aut nō facta ē: si magna vel parua: si iusta vel iniusta. quecūq̄  
legislator non determinauit: ipsum vtiq̄ iudicē oportet cognoscere. et nō ad  
discere ab accusantibus. quos Aristoteles in primo r̄toricoꝝ litigantes ap  
pellat. Si iudici constat de admissio crimine tūc crimen conuenit exaggerari  
et demonstrari sponte: dedita opera: et industria nō casu iniuriā cōtulisse

Defensio in trib⁹ cōsistit: in negatione: vt qui accusatur omnino neget se ea  
que obiciuntur cōmississe. Secundo si negere non potest ostendat id q̄d fecit  
legitimū et iustum honestum ac reip̄. vtile esse. Tertio si hoc ostendere non  
potest. transferat peccatum suum ad imprudentiā: ad infortunium: vel osten  
dat damnū esse parū. et sibi ignosci veniamq̄ dari petat.

Consolationis loci sunt quatuor. Primus nos quocūq̄ valere cum illo et ei  
compati ad quem oramus aut scribimus.

Secundus meminisse nos a lege et conditione natos vt vita nostra omnib⁹  
fortune iaculis subiecta sit.

Tertius ne grauius feramus quod nullo consilio euadere aut cauere pos  
sumus. Quartus q̄ exempla alioꝝ proponamus: quoz euentus si memoria  
reuoluemus. nihil nobis noui accidisse putauimus: vnde de cōsolatione mor  
tur. Vult deus: et suus est lex: liberat atq̄ resurget

De alijs vero aduersis euentib⁹ querantur loci cōsolationis ex Francisco  
Petrarca de remedio vtriusq̄ fortunæ in quo dialogi. cxxxij.

## De petitionibus quatuor sunt loci.

Primus locus: ab honesto: quia honestas flagitat amico succurri.

Secundus a facili: q̄a facile est et a quo petitur: nam absq̄ labore magno  
sue molestia: siue impensa id p̄stare potest vnde facile quod leuiter est ad fa